Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift



610

Gaudisis autem discipuli uiso domino. Dixit eis iterum. Pax uobis. Pacem offert. quia propter pacem uenerat. Iterum confirmatio est. Pax enim pacem supplicat. sicut misit me pater. et ego mitto uos. Sicut misit me pater dominus. et ego mitto uos. Ecce homines. Pater amando filium misit eum patri. et dominus amans apostolos misit eos non admundi gaudium sed ad passionem. Mittit et filium a patre uerta natura diuina potest intelligi. Eo enim modo apostolos filium mittit quo genitus est. Si enim missio solum in carnatione debet intelligi. nullomodo spem sancti dicere mittit. qui neque in carnatus est. Si ei missio. ipsa processio est a patre et filio. Sicut itaque spem mittit. qui procedit. ita filium qui genitus est.

Hoc cum dixisset. insufflauit. dicens. Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sunt. Insufflando significauit spiritum sanctum. non patris soli esse spiritum sed et suum. Ecclesiae caritasque per spiritum sanctum infunditur cordibus fidelium participium suorum peccatorum

dimittit. eorum autem quibus non sunt ei participes tenet. Et idcirco postea quam dixerat accipite spiritum sanctum. continuo de peccatorum remissione ac retentione subiecit. Intra quidem dantur spe ut diligantur primum. ecclesiae autem ut diligantur deus. Et sicut una est caritas et duo praecepta. ita unum spem et duo data. Dominus uero discipulorum memoriae inerat spem sanctam adfidem. sed non ita manifeste ut post resurrectionem. Quod illud. Hondum erat spiritus datus quibus nondum fuerat glorificatus. Ubi et per moysen dicit: Suxerit mel de petra et oleum de firma petra. Nihil tale uerba historiae legunt. si tota series uetus testamenti recensetur. Sed quia paulum petra erat xpe. mel de petra suxerunt. quia redemptoris audierit. Oleum uero de firma petra. quia post resurrectionem eius effusione sancti spiritus unguentum meruerit. Infirma petra dedit mel cum adhuc esset mortalis. firma uero petra oleum fudit eum post resurrectionem fuit impassibilis.

Thomas autem unus ex xii. qui dicitur didymus. non erat cum eis quando uenit ihesus. Dixerunt ergo eum alii discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius figam clauos. et mittam digitum meum in locum clauorum. et mittam manum meam in latus eius. non credam. Et casu sed diuina dispensatione gestum est. ut ille discipulus